



Det här verket har digitaliserats vid Göteborgs universitetsbibliotek och är fritt att använda. Alla tryckta texter är OCR-tolkade till maskinläsbar text. Det betyder att du kan söka och kopiera texten från dokumentet. Vissa äldre dokument med dåligt tryck kan vara svåra att OCR-tolka korrekt vilket medför att den OCR-tolkade texten kan innehålla fel och därför bör man visuellt jämföra med verkets bilder för att avgöra vad som är riktigt.

This work has been digitized at Gothenburg University Library and is free to use. All printed texts have been OCR-processed and converted to machine readable text. This means that you can search and copy text from the document. Some early printed books are hard to OCR-process correctly and the text may contain errors, so one should always visually compare it with the images to determine what is correct.



CONTROVERSIAE
LOGICES

Vel potius Earum.

Epitome.

Collecta & conscripta

à

M. JOHANNI RUDBECKIO NERICIO,
in illustri Acad. Upsalensi Pro-
fessore. p.

Ac primum ibidem tot privatis disputatio-
nibus examinata, quot libellis
comprehensa,

Deinde ordine parum mutato & e-
mendato, ab eodem Wittenberga, &
vicissim Upsalia aliquoties dis-
cussa & ventilata, Nunc Demum prae-
missa Arosia, A. 1629.



Ut Ferrum Ferro acuitur, ita vir viro.

EPISTOLA.

Reverendis, Doctiss. & Humanis-
simis viris,

M. ANDRÆ JOH. PRYTZ,
S. R. M. cis. Concionatori aulico
fidelissimo,

Nec non

Da. M. SVENONI NICOLAE
Gudhemio, in Schola Cathedrali
Sacerdoti & S. Th. Lectori Diligen-
tissimo.

Amicis, & in Christo fratribus p. Dia-
lectis & honorandis, S. in Christo p.
& officia semper paratiss-
sima deferere.



Ate Quadriennium,
Reverendi & Humanissimi
viri, ad quorundam deside-
rium, Logicam quandam
edidi, quam ipse ante ali-
quot annos, dum ejus studio in Academia de-
ditus eram, in meum meorumque Discipulorum
usum collegeram, idque ob causas, meo quidem
iudicio, non prorsus contemnendas. Eadem

EPISTOLA.

ob causas nunc etiam Controversias Logicas typis descriptas in publicum exire patior. Eo quod idem jus cum ipsis Præceptis obtinere videbantur. Causas tamen hic non re-
peto, quandoquidem in Præfatione, vel Epistola Dedicatoria ipsius Logicae illas atigi, & quantum satis indicavi.

Non sum nescius, quod non tantum vulgus Literatorum, sed etiam ex primoribus nonnulli, Logicae Præcepta non magni faciant, sed usum tantummodo requirant, Controversias v. in tantum aversentur, ut eas non modo inutiles, sed etiam rei literariae noxias & perniciosas existiment, in quibus cognoscendis tempus inutiliter teratur, & ingenia rixu subtilibus asvescunt. Quapropter etiam Nonnulli Hujus Præceptis tantum leviter degustatis, Controversias v. prorsus præteritis, ad ipsam Philosophiam, imo superiores Facultates, Medicinam, jurisprudentiam, ipsamque Theologiam perdiscendas rectè properant: nequaquam dubitantes, quin viri undiquaque Doctissimi evadant, etiamsi Logicae adminiculo destituti rem tantam aggrediantur. Verum, Si rectè judico, ejusmodi audaculis spe multum frustrantur.

DEDICATORIA.

strantur, nec unquam ad Eruditionis fastigium ascendunt; sed in inferioribus gradibus veluti pro semidoctis haberi, nec ab aliis magnifiteri solent. Etenim ad solidam Eruditionem, vel quod idem est, ad accuratam rerum cognitionem devenire quomodo poterit, qui instrumento ad hanc comparandam maxime necessario destituitur. Usus quem urgent, habere nemo potest, quin ipsa Præcepta prius didicerit. Usus quippe rei existentis est, Rei a. non existentis, nec usus aliquis esse potest. Præcepta a. qui tenere dicatur, qui de eorum veritate & certitudine adhuc certus non est. Quod absque controversiarum cognitione quis esse nequit: cum sine hac, quid pro aut contra aisi, quibusve rationibus hoc vel illud adstrui vel destrui possit, turpiter ignoret.

Quam igitur necessaria est ipsa Logica, ejusque Maximus & uberrimus usus, tam necessaria quoque est Logicarum controversiarum Mediocris Cognitio, Nisi in ipso etiam uso semper hæsitare, & perpetuis dubitationum fluctibus continuo agitari velimus.

Hic tamen non diffiteor, Nonnullos partim ocij partim ingenij abundantia modum excess-

EPISTOLA.

Esse, qui eo usq. Logicas Controversias multiplicarunt, ut de minutissimis etiam & minime necessariis Questiones moverint, easq. adeo auxerint, ut ipsi sibi vix finem ponere aut modum statuere potuerint. Quas omnes Legere & relegere, ac penitus cognoscere, non exiguum tempus, sed dimidiam pene hominis aetatem requireret, atq. ita ab omni ipsarum rerum vel realium Scientiarum indagatione aliquem retardaret. Eoq. modo rerum cognitioni magis impedimento quam adjumento re vera esset.

Urgitur Medicis & necessaria controversiarum Logicarum notitia omnino requiritur: ita nimis scrupulosa & pene superstitiosa, ut superflua merito rejicitur. Praesertim ab ijs, quibus non omnem aetatem in illis atq. adeo Logicas professione exigere animus est, Sed ad altiora aliquando aspirant, & vel Ecclesiae vel Reip. in alijs Functionibus inservire satagunt.

Quocirca, ut etiam hac in re Modum & Mediocritatem me amare & tenere ostenderem, Controversiarum compendium vel Epitomen collegi, meiq. discipulis examinandam

pro-

DEDICATORIA.

proposui. In qua, sicut in ipsis Praeceptis ipsum sicutus sum Aristotelem, cum quo ad ordinem, tum quo ad ipsas Res & Sententias plerumq. libere tamen, ut scubi alium rectius sentire, vel sententiam planius exposuisse animadverberim, veritatem magis quam praecoptorem. & lucem quam tenebras me amare ostenderim. Itaq. multa, imo integra interdum capitula praeterij, obscuriora planioribus verbis illustravi, & ab alijs prolixè tractata paucissimis quandoq. indicavi. Ea tamen retinens quae ad medioerem Logicæ cognitionem necessaria videbantur, & quae in tali compendio retineri conveniebat. Hanc qualemcumq. controversiarum Epitomen V. Rtiis. iisdem fere de causis inscribere & dedicare placuit, quibus ipsam Logicam, V. Rrum amicis & familiarib. dedicavi. Non quod vobis magis quam illis alicui usui deinceps fore existimem, vel quod V. Rtijs tantum ocija quotidianis vocationis laboribus superesse credam, ut denuo haec Scholastica ruminari liceat: Sed quod, sicut illi has Logicae praecopta a me audiverunt, dum primum e peregrinis Academicis in Patriam reversos Philosophiam tractare,

capit

EPISTOLA DEDIC.

cap: ita & V. Ra cadam a me denuo ex ijsdem reuerſo non modo audiuiſti, ſed etiam in ijsdem examinandis & ventilandis ſtrenuam operam nauaſti. Sicut igitur illi reuerſiſſime de meo priori vice ſtudio, intentione & diligentia, adeoq; ipſa re tota iudicabunt, ita etiam vos de ijsdem hac poſteriori vice Sinceriſſime iudicatuſos conſido. Vt pote qui hiſce exercitijs a principio ad finem non ſine veſtro (ut ſpero) aliquo fructu & emolumento quam diligentiffime interfuiffiſti. Quam obrem ut per vos haec lucubratiuncula alijs acceptiores & utiliores fierent, V. Rtjs eas poſtiſſimum inſcribere & dedicare volui. Accipite itaq; hoc tenue muſcuſculum eo animo quo a me profeſtum eſt, Et quod vobis uſui non eſt, cum veſtris Liberis vel Clientibus, qui forte huius ſtudio nunc operam dant vel breui daturi ſunt, lubentes communicate. Non enim illis minus acceptum quam vobis ipſis quando per abatem hiſ operam dediſtiſti. Meq; ipſum & mea ut haecenus, ita etiam nunc vobis comendata habete. Quibus V. Ra cum omnibus ſibi charis Divina proteſtioni comendata ſunt.

20. Aroſ. pridie, Non. Jul. A. 1629.

JOH. RUDBECKIUS



I.
CONTROVERSIARVM
LOGICARVM
LIBER I.

De Definitione & Distributione
Logice.
CONTROVERSIA PRIMA
De Quibusdam in genere.

I.



Vastio. An Logica ſit neceſſaria? Neceſſarium eſt duplex, nimirum Abſolute, quod nullo ordine ad aliud habito, aliter ſe habere non potest. ut Deum eſſe, hominem eſſe animal. vel ex hypotheſi, quod propter aliud neceſſario requiritur.

Et hoc iterum, vel ſimpliciter neceſſarium eſt, cum ſine hoc alterum nullo modo fieri potest. ut cibus ad vitam ſuſtentandam. Vel ad bene eſſe, ſine quo difficulter alterum habetur. ut equus ad faciendum iter.

Hoc poſtremo tantum modo Logica propter

A

pter rerum cognitionem est necessaria, ut possit sine qua Philosophia difficulter addisci potest.

P. Tatar. Proemio log. p. 6. dub. 3. Zab. lib. 1. de const. Log. c. 12. Coll. con. Quæst. prozm. 6. Casus in Summa veter. interp. in log. Arist. p. 19.

II. An Scientia & Ars pro eodem à Philosophis sumantur?

1. Licet Plato, Arist. alijsq; has voces promiscue usurpasse reperiantur nihil tamen veritat ubi res exigit eorum etiam exemplo eas distinguere & in propria significatione quam libet usurpare. Buman. lib. 1. ὑμῶν. Log. s. 4.

III. An Logica & Dialectica pro eodem ab Aristotele habeantur?

1. Schaliger & Scheckius pro eodem accipiunt. Pacius in principio comment. in org. Arist. loca citat in quibus Arist. etiam promiscuus his nominibus usus sit.

2. Attamen ex multis locis constat, eum quoties propriè loqui voluerat, Logicam pro tota ratiocinandi facultate, Dialecticam pro facultate probabiliter in utraq; partem disputandi, accepisse. ut top. lib. 1. c. 2.

Zab. lib. 1. De nat. Log. c. 9. Coll. con. Q. prozm. 4. art. 1. Goelen. Pro. p. 1. Q. 1. Dounamus lib. 1. con.

in Log. Ramip. 54. 5. 6. 7. Alb. Voirus Disp. Log. p. 14.

IV. An Logica per Logicam acquisita sit?

Resp. Logica triplex est, Artificialis, Usualis & Naturalis, illa initio per has acquisita est, hunc vero etiam per Artificialem acquiritur. Tat. prozm. Log. fol. 2. Dub. 2. Sicut oculus & perspicilla, ille natura videt; hæc iuvant naturam.

CONTROVERSIA II.

De Genere Logices.

1.

Quæstio. An Logica sit Scientia una, an plures? Tatar. Prox. Log. fol. 2. dub. 3.

II. An Logica sit Scientia practica? Tat. in prozm. com. in Org. f. 3. Coll. con. Q. prozm. art. 5. Casus in log. c. 3.

1. Siquidem cognitio modi ratiocinandi est propter ipsam actionem, scilicet Ratiocinationem, que est conditio Philosophia Practica probabile videtur Logicam in earum numero esse.

2. At non solum requiritur in Practicis Scientijs ut cognitio sit propter operationem, sed etiam ut operatio ad alium finem ulterio-

4 CONTROVERSIARVM

rem non dirigatur, tum ut hæc operatio sit al-
terius potentia ab intellectu, naturaliter in-
tellectione posterior, nata conformiter elici
Rectæ Rationi, ut sit recta.

Cujusmodi cum non sit Ratiocinatio, Lo-
gica inter Scientias Practicas locum non ve-
perit.

III. An Logica sit Scientia?

1. Quando Scientiæ vox latè sumitur pro
quacumq; rerum cognitione, vel etiam pro ser-
ta cognitione per Demonstrationem acquisita,
usurpatur, etiam Logicæ competere potest.

2. Quando a. propriè, ut apud Philos.
1. post. Anal. c. 2. Et. 6. Eth. 3. nequaquam in
Logicam quadrat.

3. Etenim Scientia in rebus Necessarys, æ-
ternis & eodem modo semper se habentibus
versatur, & propter se expetitur, Logica v.
in Ratiocinatione quæ ad voluntatem nostram
mutatur & conformatur est occupata, nec pro-
pter se, sed propter rerum cognitionem addi-
scitur.

Tatar. in prox. quaest. in org. fol. 1. Coll. con. Q.
prox. 4. Art. 3. Casus c. 3.

IV. An Logica sit modus Sciendi?

Tatar. proamio Log. fol. 2. dub. 1.

AB

LOGICARVM LIBER. I. 5

V. An Logica sit Ars? ut Philip.
Schalig. Schæck & Pacius statuunt?

Tab. lib. 1. & De Nat. Log. c. 8. Coll. con. Q. prox. 4.
1. art. 2. Goel. probl. p. 1. problemete 3. Bear. p. cda-
80. part. 2. f. 100. Voitus Disp. Log. p. 30.

1. Quia utrumq; vocabulum $\pi\omicron\lambda\upsilon\sigma\eta\mu\epsilon\tau\omicron\varsigma$
est, dubitari potest, quid utroq; quis intellectu
velit.

2. Nam si cum Galeno. Artem pro omnè
habitu & facultate quæ ingenio & industria
humana inventa est, & per institutionem pro-
pagatur, acceptam, velit; quid ni Logica
etiam, Ars, erit.

3. Sin v. cum Arist. 6. Ethic. cap. 4. pro
 $\tau\eta\ \pi\omicron\iota\eta\lambda\upsilon\chi\eta\ \mu\epsilon\tau\grave{\alpha}\ \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma\ \alpha\lambda\eta\theta\epsilon\varsigma$, hoc est, habi-
tu efficiendi aliquid (ut nonnulli intelligunt)
materiale opus, quod post operationem alicubi
per se existat; contrarium tenendum fuerit.

2. Phys. con. 3. & 86.

VI. An Logica sit Facultas?

Tab. lib. 1. de Nat. Log. c. 9.

1. Proximum & verum Genus Logicæ
essanequit. Siquidem latè accepta vox omnem
Disciplinam Docentem suo gremio complecti-
tur. ut lib. 1. de Morib. c. 1. Propriè verò Po-
tentiam ad utrumq; contrarium denotat, ut

A 3

lib

6 CONTROVERSIARVM

lib. 1 de Arte Rhet. Quo nomine tantum particula Logices nempe Topica congruenter assignantur.

VII. An Logica sit pars Philosophia?

1. Cum Philosophia late accipitur affirmativam tenemus, cum v. strictè in negativam descendimus.

3. de Anima, Manus dicitur pars corporis & eiam etiam in Afrum. c. 8. Pacius initio com. in Org. Arist. Coll. con. Q. proxm. 4. art. 4. Voit. p. 46.

CONTROVERSIA III

De Subjecto Logices.

1.

Questio. An Logica de rebus agat, an v. de intentionibus secundis?

Casus in summa vet. inter. c. 2.

Resp. Utens de Rebus, Docens de Intentionibus &c.

II. An Subjectum, sive Materia circa quam, Logicae utentis, hoc est in usu existentis, vel rectius Logici sit etiam Non Ens?

1. Non Entis quatenus tale nulla sunt Accidentia, ideoq. nihil in eo quod consideret. habet

LOGIC. LIBER. I. 7

bet Logicus. quatenus a. esse fingitur, vel fictum non esse, revera ostenditur, a Logica bene considerari potest.

2. Sive igitur omne Ens & Non Ens, eo modo acceptum, sive omne Ens Verum vel Fictum Logici subjectum esse statuas, idem dixeris.

3. Arist. n. 1. Elench. c. 11. t. 6. Et 1. Posteriorum c. 11. t. 2. & γὰρ ἔστιν inquit ἡ Διὰ λέξιν ἡ ἀπὸ πρὸς γένεσιν ἢ ἀπὸ ἀρισμένον. Et Plato eam versari ait circa τὰ ὄντα ἢ τὰ μὴ ὄντας ὄντα.

III. An Subjectum Logicae sit Questio, vel etiam omnes materiae de quibus docendi sunt homines?

Casus in summa vet. inter. c. 4.

1. Hic itidem de Subjecto Logicae in usu posita quaeritur: Philippus a. & alij qui haesitant, a nobis in Subjecto Logices non dissentiant, licet iusto specialioribus verbis illud expriment.

2. Nam de omni Ente Vero vel Fictio quaestiones institui & homines doceri possunt.

3. Verum non solum quaerere: sed etiam deliberare, differere, ratiocinari, disputare, concionari possumus.

IV. An Logicae Docentis ob-
jectum sit ipsa Ratiocinatio?

1. Subjectum multipliciter accipitur: uno modo pro re considerata in aliqua Disciplina, & quidem vel quacumq; Sic Principia & Affectiões &c. Subjectum dici possunt, vel habente certas conditiones, & hoc in Contemplatiuis Scientijs dicitur Subjectum Cognitionis, in Practicis Subjectum Operati-
onis.

2. Cognitionis Subjectum, quod alio nomi-
ne Subjectum de quo, siue Demonstrationis,
Logica non habet, nam hoc est proprium
Scientiarum.

3. Operationis vero Subjectum, quod &
Subjectu in quo dicitur, est partim omne Ens
& Non Ens, partim Ratiocinatio.

4. Nam Subjectum Ex quo siue Materia,
sunt species Entis, siue earum conceptus pri-
mi, qui ipsis in mente immediate respon-
dent.

5. Subjectum Quod operabitur seu produ-
cat, quod alio nomine Effectum vocare possu-
mus, est ipsa Ratiocinatio, quatenus recte aut
secus fieri potest. Hoc improprie subjectum

& per metaphoram sic dicitur, rectius a. Fi-
nis.

6. Materiale igitur subjecti sunt res ipsa si-
ue earu notiones prima, Formale v. ab ipso sine
sumitur interno, videlicet quatenus Secundis
Notionibus subiiciuntur, hoc est ut clarius di-
cam, quatenus a nobis intelliguntur & ex illis
Ratiocinatio bona aut mala conficitur. Vel
alijs verbis, quatenus illas Mens nostra in cer-
tas classes disponat atq; distingvat per conce-
ptus secundos, ut quenam ex illis Genera,
Species, Subjecta, Pradicata, Propositiones,
Syllogismi sint, cognoscat.

Tab. lib. I. de Nat. Log. c. II. & sequent.

V. An Subjectum Logicae sit De-
monstratio, ut Ammonius, aut Syllogi-
smus ut Scotus, aut Argumentatio ut
Albertus, aut modus sciendi ut Aricen-
na, aut Oratio ignoti manifestativa ut
ex Neotericis quidam, vel deniq; Secun-
dae intentiones siue Ens Rationis ut
Thomas voluit?

1. Hic inter Subjectum Adaequatum, quod
omnia in Arte considerata complectitur, &
inter principale, quo omnia aut pleraq; in
Arte

10 CONTROVERSIARVM.

Arte referuntur, distingvendum venit.

2. Principaliſſimum Subjectum eſt Demonſtratio, & earum potiſſima r̄a dicit̄, Principale Syllogiſmus, Argumentationes autem reliqua ad Syllogiſmum referuntur.

3. Adaquatum eſt ipſa Ratiocinatio, quam etiam intelligi volunt Neoterici per Orationem ignoti manifeſtativam, licet minus commode eam exprimant.

4. Logica n. Argumentationem conſiderat & omnem Ratiocinationem, etiamſi oratione non exprimitur.

5. Ens Rationis nimis latum eſt, eo quod a Grammatica etiam & Rhetorica conſideratur.

P. Tat. prozm. Log. f. 5. & 6. Zab. lib. 1. de Nat. Log. c. 14. & c. Coll. con. Q. prozm. 5. Gocl. p. 14. problem. 1.

VI. An Subjectum Inhaſionis Logice ſit liber & papyrus, an v. Ment̄ hominis.

1. Logicam in mente & in libris contineri non eſt dubium, utrobique igitur Subjectum habet.

2. Verum quia illa quae in Mente, vera eſt

Lo-

LOGIC. LIBER. I. II

Logica, qualitas naturalis ſuum eſſe naturale habens, unde etiam homo Logicus denominatur: Hac a. quae in Chartis depicta, eſt illius tantum imago, certis literis humano arbitrio ad hoc inventis delineata, ut verarum rerum umbram gerant & πυνπύουνα ſint, quibus introſpectis res ipſas in memoriam nobis revocemus: Mens quoque verum vera Logica Subjectum; Papyrus a. Logica ſic per equivocationem dicta πωρονέπων erit.

1. Quia autem vox Logica ut patet equivocata eſt, nec una eſſentiali Definitione comprehendendi poteſt, manifeſtum eſt veram Logicam definiendam eſſe, ejuſque Definitionem a communibus descriptionibus anteferendam.

CONTROVERSIA IV.

De Fine Logices

I.

Queſtio. Anne Logica ſine mentione Finis Externi definiri queat?

1. Logica quia instrumentum cognitionis eſt, ad aliud refertur, & alterius gratia eſt.

2. Quaecumque a. talia ſunt, mentione ſuis correlati debent definiri.

Ab

II. An bene differere sit Finis Logices?

Finem Internum qui quasi officium Logices est, si idem quod bene Ratiocinari denotet hoc ipsum esse satis admittimus.

At Externum & ultimum Finem esse nullo modo concedi potest.

III. An igitur in Definitione vox (Ratiocinando) eliminari, & vox (Differendo) commodius substitui possit.

1. *Quandoquidem nominum usus praesertim in artibus conscribendis est arbitrarius, non multum referre videtur quo Termino quis hoc vel illud exprimat, modo Rem teneat.*

2. *Verum enim vero in Definitionibus opera danda est, ut quoties fieri possit in propria significatione vocabula usarpeamus.*

3. *Plato equidem διαλέγεσθαι καὶ τὸ λόγον χεῖρ᾽ εἶναι quae Cic. differere, ratiocinari, & ratione uti vertit, indiscretim dixisse videtur.*

4. *Nobis tamen hoc posterius magis placet quia proprie accipitur & Logica vim magis exprimit.*

An

IV. An Finis Logices sit verum a falso discernere?

1. *Dum Externum Finem quatinus multis sese offerunt, ut in praecipis dictum fuit, quae tamen omnes ad hunc unum, vz. Rerum Cognitionem referri posse mihi videntur.*

2. *Sin minus, hoc saltem obtineo, hunc inter ceteros eximum esse, quod si fecero, facile concedam huic non longe imparem esse, Verum a Falso discernere.*

V. An Logices Finis sit Bonum a Malo discernere.

1. *Resp. Non nisi per accidens, quatenus cognitio veri & falsi in his rebus ad discretionem Boni & Mali ulterius refertur.*

VI. *Quia numerus Quaestionum excrevit, quaeritur in genere, quid de alijs Logicae definitionibus, quae ex proximo Genere, proprio subjecto & Fine non constant sit statuendum?*

Tales tantummodo Logicae Descriptiones aut Definitiones imperfectas esse statuimus, quae propterea non sunt rejicienda, sed suo loco habenda & diligenter examinanda.

Nulla enim tam rudis est & impolita,

quin

14 **CONTROVERSIAR.**

quin aliquid ad Logices cognitionem conferat.

Non etenim nos solos sapere, sed alios etiam aliquid intellexisse nobis persuadebimus.

CONTROVERSIA. V.

De speciebus & partibus Logica.

I.

Questio. An aliqua sit Divisio Logices in Naturalem & Artificialem?

1. *Cum res sua natura sint distinctæ, quid prohibet ejusmodi Distinctionem facere.*

2. *Imò nisi hæc satis distinguantur, maximam confusionem & rei obscuritatem sequi necessum est.*

Zab. lib. 1. c. 2.

II. An aliqua sit Divisio Logices in Utentem & Docentem?

1. *Siquidem Ars qualibet duas habet partes ut loquitur Philosophus 7. Metaph. 1. 23. unam quæ docet, Alteram quæ ex præscripto Doctrina operetur, idem de Logica statuendum erit.*

Vs Sigillum in se & coram impressum.

An

LOGICARVM LIBER. I. 15

III. An tota Logica, an v. sola Topica in Utentem & Docentem dispescatur.

1. *Pro tota Respondebimus.*

Coll. con. Q. prox. 4. art. 2.

IV. An Logica recte dividatur in Inventionem & Judicium?

1. *Licet partialis hæc sit distributio, tamen si ejus authores sufficienter Inveniendi & Disponendi ratione traderent, & non præcipuis prætermittis, fragmenta quadam nobis proponerent, veniam mereri videretur.*

2. *Nunc cum totam Artem in hisce partibus non explicent, ut mancam & mutilam repudiemus. Crell. parte communi lib. 1. p. 15.*

V. An partes Logica recte Constituantur Definitio, Divisio & Argumentatio?

Resp. Sicut Anima, caput & pedes partes hominis.

Coll. con. Q. prox. 6. in Appendice.

VI. An Logica recte dividatur in communem & Propriam?

Cum omnes Scientia & Artes hoc modo divi-

dividantur, Cur non etiam Logica hoc jure
gandeat?

Est Averr. in præfat. lib. 1. post Analyt.

VII. An in Apodicticam, Diale-
cticam & Sophisticam?

Qui hac Divisione utuntur, quæ commu-
nia sunt omni Ratiocinationi non prætermi-
tunt.

Quamobrem cum re nobiscum conveni-
ant, propter verba illis bellum indicere non
foret utile.

Kenneman. in Resp. Apolog. adversus 3 Kerb. p. 49.
156. 188. 215. 221. De ordine harum partium inter
se, ex c. 1. t. ult. lib. 1. Elench.

VIII. An Topica recte præcedant
doctrinam de Syllogismis & Propo-
sitionibus?

Hoc videtur Arist. Innuere de interpre-
tat. c. 11. t. 2. & lib. 1. priorum Analytic c. 1. t. 6.
non tamen necessario sequitur. potest enim
quis prius scribere ea quæ posteriori loco sunt
collocanda. Et vicissim. & Topic. c. 11. t. 4
& Analyticorum mentionem facit.

CONTR.

CONTROVERSIARVM

LOGICARVM

LIBER II.

De Prædicabilibus.

Controversia I. De Prædicabili-
bus in Genere.

I.

Quesitio. An quæstiones remotæ ex
Doctrina Prædicabilium in Por-
phyrio, merito remotæ?

R. Merito, quia quarunt de universalibus
pro denominato. Tat. p. 8. b.

II. An Prædicabilia sint necessaria
pars Logicæ?

1. Necessaria quidem ejus pars sunt, &
quidem ita necessaria, ut sine his nulla Logica
esse possit.

2. At v. ut separatim ita tractentur, non
est omnino necessarium. A multis n. junctim
cum Prædicamentis, vel sparsim in Logica
sunt exposita.

3. Nihilominus, quia eorum cognitio mox
in principio Logicæ & postea fere ubiq; requi-
ritur

B

ritus

ritur, admodum utile fuerit ea mox in principio accurate tractare?

III. An Prædicabilia ad Locos Inventionis possint referri?

1. Certum est in Locis Inventionis quoad Generis & Speciei &c. Mentionem fieri, at alio plane modo & alio fine.

2. Hic docetur quomodo Res seu Termini Simples apprehendi, ad invicem conferri, & de se invicem prædicari debent. Ibi vero ut Loca proponuntur ex quibus Argumenta ducere, & Materia traditur ex qua ratiocinari possumus.

IV. An plura sint Prædicabilia quam quinque?

Videtur etiam quod Ens sit Prædicabile, siquidem de pluribus prædicatur. Tat. f. 7. &c.

Resp. Si Prædicabile & Universale Materialiter accipiatur pro omni eo de quo universale denominativè prædicatur, sive pro omni eo quod potest esse in multis; conceditur. Sin vero formaliter, sive Secundo Intentionaliter, nequaquam.

V. An numerus Prædicabilium sit sufficiens?

1. Tot sunt Prædicabilia quot sunt prædicandi Modi. At nulla prædicatio reperiri potest quæ non ad aliquem modum in Prædicabilibus traditum referatur. Ergo;

Flac. lib. 2. c. 5. & 6.

VI. An Universale sit Genus ad illa quinque?

1. Multa quidem absurda hinc sequi videntur, non tamen alia quam quæ facile evitari possunt, quando quis inter Prædicationes Exercitatus & Signatas, hoc est Reales & Logicas diligenter distinguit. Tat. fol. 7. b.

VII. An universale sit Substantia vel Accidens?

Resp. Neutrum, quia ista sunt divisiones Entis Realis. Universale a, ut hic accipitur est Ens Rationis. Tat. fol. 8. a.

VIII. An Definitio sit Prædicabile ut vult Flacius?

1. Quia hic tantum terminos simples consideramus & eos tantum qui specialem modum prædicandi habent, merito Definitionem rejicimus, quæ ex Genere & Differentia componitur, nec aliter quam illa de Specie prædicatur.

CONTROVERSIARVM
CONTROVERSA. II.
De Genere & Specie.

i.

AN Genus possit definiiri?

1. Genus est Genus Generis Generalis
mi utpote Entis, ideoq; supra se Genus aliud
habere videtur, Quod si ita fuerit, nec
tur definiiri posse.

2. Verum attendendum est, quod etiamsi
nus Univocum Essentiale non habeat, Acci-
dentale tamen, quale est Universale vel Prae-
cabile habere possit. Idcirco etiam saltem De-
scriptio ejus admittenda fuerit.

II. An Definitio Generis sit Quiddi-
dicativa vel Descriptiva? Tat. f. 10.

1. Quidditativum duplex est, Pure, et
per Additamentum.

2. Conditiones ejus quod possit Quiddi-
tative definiiri sunt: 1. Sit Ens positivum. 2.
Ens per se unum, non per Accidens. 3. Ens Ra-
onale non Rationis: hac n. quidditative per ad-
ditamentum definiuntur. 4. Sit Universalis
non Singularis. 5. Sit Ens Compositum, non
simpliciter simplex.

LOGIC. LIB. II.

III. An Genus possit esse æquivo-
cum? Tat. f. 10.

IV. An Genus definiatur ut In-
tentio Secunda, an v. ut Denomina-
tum? Tat. p. 11. a.

V. An Genus possit servari in una
Specie? Tatar. p. 11. a. Coll. conimib. in 1. leg.
Prop. c. de Specie Q. 1. art. 2.

VI. An Concedenda sit hæc Pro-
positio: Genus est Genus? Tat. p. 11.

VII. An Genus recte definiatur.
per Speciem? Tat. f. 18.

Resp. Quod non in ordine ad individua.

VIII. An Genus sit Totum, an vero
Pars? Goelen, Prob. parte. 2. f. 21.

Resp. Totum Universale, sed Pars Sub-
stantialis cujusq; Speciei.

IX. An Genus insit Speciei, an
contra? Goel. part. 2. f. 22. Resp. utrumq;.

X. An rectius Genus, an v. Defini-
tio respondeatur ad questionem Quid
est? Goel. Prob. part. 2. f. 26.

XI. An sit Genus aliquod præter
Synonymum? Goel. part. 2.

XII. An quicquid Generi inest

B 3

Spe-

Speciei quoq; inerit? Gocl. part. 2.

XIII. An Genus sit Materia an vero Forma? Gocl. lib. 2, prob. 16.

Resp. Modo hac, modo illa.

XIV. An Genus possit dividi in Supremum, Medium & Infimum?

1. Medium multis dicitur modis: 1. Positione ut centrum in circulo. 2. Participative ut Rubedo inter colores. 3. Metaphorice. Ut Virtus medium extremorum. 4. In prädicatione, quod de alijs, & de quo alia prädicantur. quo modo Genera media dicuntur.

XV. An Genus a Materia, Species a Forma differat? Keckerman, Syst. Log. p. 58.

1. Fuerunt qui nihil differre dixerunt, nos Analoga quidem esse concedimus, & differre etiam in multis affirmamus.

2. Analoga sunt. 1. quia ut Genus Specie ita Materia Formâ est imperfectior. 2. ut Materia ad Formas: ita Genus ad Species est indeterminata. 3. ut Materia ad Formas oppositas: ita Genus ad Differentias potentiam habet.

3. Differunt. 1. quia Genus de Speciebus

non vero Materia de Formis in quid prädicatur. 2. Genus est Ens completum, directe in Prädicamento aliquo collocatum: Materia incompletum. 3. Accidentia Genus, Materiam v. nullam habent.

XVI. An Genus possit prädicari in Quid de Specie, siquidem ejus pars est?

1. Genus non est pars Speciei nisi compositione Metaphysica, atq; hac ratione Genus quoq; Metaphysicè concretum erit, significans & Formaliter ipsum Abstractum, & Suppositum quoq; totum, cujus pars est.

Quod cum ita sit, nihil impedit quo minus de suo Toto, v. Specie in concreto prädicetur. Tac. f. 17. b.

XVII. An Genus & Species sint Relata?

1. Relata simul sunt natura, at Genus prius est Specie.

2. Deinde unum per alterum ex toto non definitur.

3. Sciendum ergo, quod Materialiter quidem unum altero prius sit, Formaliter v. simul, illo modo, non. hoc v. sunt Relata.

XVIII. An Species ut Species sit
Universale seu Prædicabile?

1. Species specialissima, quatenus talis de
multis individuis prædicatur, ideoq; & Uni-
versale & Prædicabile est.

Secundo, Genus de Singularibus non præ-
dicatur nisi per Species, eatenus igitur quoad
est Prædicabile.

An Species Specie natura prior?
Gocl. prob. part. 2.

An ultima Species sit quæ pro-
xima Individuis? Idem. ibid.

An Mas & Fæmina Species ani-
malis? Gocl. prob. part. 1.

XIX. An Individuum sit Prædi-
cabile? Tat. f. 13.

1. Individuum non est Universale, sed de
uno tantum prædicatur, nec individuum
scientia haberi potest, siquidem infinita sunt.

2. Idcirco cum Prædicabilia omnia sint
Universalia, & ut tota Logica propter Philo-
sophia cognitionem reperta; Merito ex Prædi-
cabilibus & probabiliter e tota Logica ex-
cluduntur.

XX. An Individuum definiti pos-
sit?

Quate

1. Quatenus Secundo Intentionaliter con-
sideratur definiiri potest. Nam eo modo Genus
& Differentiam propriam, licet Accidenta-
lem habet.

2. At cum pro re ipsa accipitur, Philo-
sophi hac de re iudicium, s. Metaph. c. 15. ha-
bemus, ubi Singularium neq; definitionem
neq; demonstrationem esse asserit.

3. Etenim ut ὑπαρξίς τοῖς καθόλου non
competit, ita nec εἶδος τοῖς καθ' ἑαυτά. Vbi ὁ
εἶδος specialis non est, ibi nec λόγος εἰσώδης
esse potest. Coll. canimb. in 1 sag Porph. c. de Spe-
cie Q. 3. art. 2 KocKerm. Syst. Logic. p. 69.

XXI. An Individua specie diffe-
rante?

1. Specie differre dicuntur ea quæ sub eo-
dem Genere collocata Formis Essentialibus
distingvuntur.

Hoc cum Individuis non competat, neq; il-
lud.

XXII. An concedatur propositio;
INDIVIDUUM EST SPECIES?

Affirmatur suo modo.

XXIII. An Individua sint Species
Specialissima. Gocl. prob. part. 2.

B 5

An

XXIV. An Sol, Luna, Mundus sine Individua, vel Species?

Coel. prob. part. 2.

CONTROVERSIA. III.

De Differentiis.

I.

Quaestio. An Differentia & Forma sint idem? Keckerm. Syst. Log. p. 32.

1. Analogae quidem sunt, quia ut Differentia Genus: ita Materiam Forma determinat. Interim vero diversa sunt. 1. quia Differentias habent & Accidentia, Formas v. nequaquam. 2. Forma causa est, Differentia non. 3. Differentia Genus, Forma Materiam respicit.

II. An Differentia sit Species?

Suo modo intellectum concedi potest.

Tac. f. 17. b.

III. An sicut Species diversum Prædicabile constituit a Genere, quia illa prædicatur in Quid de pluribus differentibus Numero, hoc v. de differentibus Specie: ita Differen-

tia

tia Specifica aliud constituat Prædicabile a Differentia propria vel communi, quia illa de pluribus differentibus Numero in Quali, hæc de differentibus Specie prædicatur!

Resp. Negatur.

Quia prædicari in Quid Generi & Speciei competit a quoque. Genus n. partem essentia sua prædicatione exprimit, Species v. totam. Differentia v. tam generica quam specifica in Quali Essentia Una voce prædicantur, quia utraq. sua prædicatione partem tantum formalem exprimit. Tatar f. 16. d.

Prædicatio completa, est in qua tota rei natura Formaliter affirmatur.

CONTROVERSIA IV.

De Proprio.

I.

AN Proprium sit species Accidentis?

Accidens duobus modis accipitur, 1. prout opponitur illi quod per se est, atq. ita Proprium non est Accidentis. 2. prout opponitur ei quod

quod est Essentiale: ita Proprium Speciei Accidentis esse potest, siquidem de essentia Speciei non est.

II. An Proprium sit Prædicabile?

Videtur non esse Prædicabile, quia non est commune. Verum respondetur, quando sumitur pro Secunda Intentione, est commune omnibus Proprijs Specialibus & Singularibus. Tum pro Prima Intentione est commune omnibus sua speciei In dividuis. Tat. f. 17. & 19.

III. An Propria passio realiter distingvatur ab absoluto, cujus est passio? Tat. p. 19. a.

CONTROVERSIA V.

De Accidente.

I.

AN Proprium & Accidens sint distincta Prædicabilia? Tat. f. 17. & 18.

Afferitur, quia habent diversos prædicandi modos. Proprium convertibiliter & per se prædicatur: Accidens communiter & per accidens. sive: Proprium est accidens per se, Accidens v. ut hic accipitur Accidens per accidens, unde diversi modi prædicationis fluunt.

CON.

CONTROVERSIARVM

LOGICARVM.

LIBER. III.

De Prædicamentis

CONTROVERSIA I.

De Equivocis. Univocis & Denominativis.

I.

Questio. An de Homonymis, Synonymis, Paronymis agere sit Grammaticæ, an vero Logicæ?

Ramus in Scholis.

1. Si iustus censor adhibeatur, hanc litem facile dirimet.

2. Grammaticus de his agit quatenus vocabula complectuntur, & eorum Affectiones hæcenus explicat, dum aliquid ad emendatam structuram latini sermonis facere advertit.

3. Logicus, utpote qui in veritatem oculos intentos habet, longe aliter in his versatur, unde etiam aliter ac Grammaticus ea definit.

4. Grammaticus Equivoca tantum in specie dicit:

Logicus

10 **CONTROVERSIARVM**

5. Logicus quid sint, & quot eorum species docet, & quomodo in Definiendo & Argumentando veritatis causa distinguenda monet.

6. Grammaticus Synonyma vocat, expariari, deambulare, it em pomum & malum.

7. Logicus Hominem & Equum respectu Animalis, vel Animal respectu illorum.

8. Grammaticus de Paronymis seu Adiectivis, & Abstractis seu Substantivis docet, quod illa variantur per tria Genera, hac non.

9. Logicus quomodo Abstractum de suo Subjecto pradicetur in concreto. Sed hac ita manifesta sunt, ut leppis & consoribus ignota esse nequeant.

II. An Æquivoca commune nomen habeant?

1. Nomen est vox significativa. At æquivocum plura significat. Ergo unum nomen esse non videtur.

2. Nomen tria habet: Materiam, qua est sonus: Deinde Formam, qua est soni ipsius configuratio. Deniq; Significationem, qua est nominis perfectio & Actus secundus.

3. Quia autem Æquivoca eundem sonum

LOGIC. LIBER. III 31

& eandem configurationem, hoc est, eandem Materiam & Formam nominis, idem quoq; & commune nomen habere statuentur. Tolerus & Conimb, in Prædic, c. de. Æquiv. Q. 1. art. 3.

III. An Æquivoca possint Definiri?

1. Unumquodq; eorum antequam distingvatur, per se definiri nequit.

2. At si omnia ad unum conceptum Logicæ generalem revocentur, nempe quod sint æquivoca, sub hac ratione describi possunt. Tolerus, & Conimb, Q. 1. art. 3. de Præd.

JV. An omne vocabulum sit Æquivocum?

1. De Substantijs affirmatur, significant. n., veras substantias & depictas.

V. An aliquis Conceptus mentis sit æquivocus?

Affirmatur, quia 1. significat rem cujus est conceptus. Deinde ejus nomen. Tertio se ipsum mediate. Tat. p. 25. c.

VJ. An de Deo & Creaturis aliquid univoce prædicari possit?

1. Si hoc statueretur, & talis prædicatio Logico examini subjicienda foret, multa inde absurda subsequutura essent, quæ ut evitemus, nega.

negativa potius subscribimus. Gocl. part. 1. probl.

VII. An Æquivoca possint esse Univoca?

1. *Etiam, diverso respectu, ut Animal laerans & canis piscis, respectu Canis sunt Æquivoca, respectu Animalis Univoca. Tat. fo. 25.*

VIII. An Univoca recte dividantur in Essentialia & Accidentalialia?

Cómmubr. De præd. c. cap. de æquiv. Q. 2. art. 1.

IX. An Concretum Accidentale significet Formam Denominatam, an v. Subjectum Denominatum?

1. *Formaliter & per se significat ipsam Formam abstractam, Materialiter v. & de vigore sermonis significat Subjectum.*

Tatarp. 25. d.

X. An omne Concretum sit etiam Denominativum?

1. *Quando large accipiuntur, conceditur. aliás homo, animal &c. Concreta sunt non Denominativa.*

2. *Concreta, quæ non important Formam distinctam, a suis denominatis.*

Tat. p. 26. lit. a.

CON.

CONTROVERSIA II.

De Duabus Divisionibus.

I.

Questio. An divisio rãr òvov ad Logicam spectet?

1. *Siquidem primo ad ordinanda Prædicamenta confert.*

2. *Deinde Modos Essendi explicat, unde Modi Prædicandi fluunt & diriguntur; eodem jure illam ipsam quo Prædicamenta & Modos Prædicandi Logica concedere cogimur. Ramus.*

CONTROVERSIA III.

De tribus Regulis.

Questio. An cum alterum alteri tribuitur tanquam Subjecto, quicquid de Attributo dicitur illud etiam de Subjecto dicatur?

1. *Dubitationem movet. quia Substantia dicitur de Homine tanquam de Subjecto. At interim de Substantia dicitur, quod sit omnium Substantiarum supremum Genus, quod de Homine dici nequit.*

C

T

2. Tum etiam de Substantia dicitur, quod non omnis Substantia sit Mortalis, quod neg homini competit.

3. Verum ad prius respondetur, quod Substantiam esse Genus, non eodem Predicandi Modo de Substantia dicatur, quo Substantia de Homine, quo modo, tantum Regula intelligenda fuit.

4. Ad Posterius, quod potius negetur de Substantia quam de ea dicatur.

H. An Diversorum Generum, Diversæ semper specie sint Differentiæ?

1. Contrarium potius videtur. Nam Actio dividitur per suas Differentias in Naturalem & Voluntariam, item Situs per easdem in Naturalem & Voluntarium, quæ tamen diversa Genera sunt.

2. Quod Regula intelligatur de Differentiis Essentialibus & propriissime dictu.

3. Tum notandum, quod eadem sæpe videntur esse Differentiæ, quæ profus diverse sunt, & nominatenus tantum conveniunt, ut quando Actio dicitur Voluntaria, tantum Actiones a Ratione profectas cum consilio Complectitur.

plectitur. Quando a. Situs dicitur Voluntarius, etiam Situs Irrationalium competit.

CONTROVERSIA. IV.

De Prædicamentis ipsis in Genere.

Quæstio. An Prædicamenta ad Logicam pertineant?

1. Siquidem Logica non de Rebus ipsis, sed de Notionibus Secundis agit. Prædicamenta v. nihil aliud quam ordo quidam Rerum sive Notionum Primarum sunt, nihil ad Logicam spectare videntur.

2. Verum tamen quia nullus Artifex versatur in ignota materia; Logica v. docet fabricare instrumenta indagandi veritatem, necessum est ut Materiam quoque, ex qua hæc instrumenta conficiat, qualitercunque notata habeat.

3. Instat aliquis, illam Cognitionem ex Realibus Scientiis, Physica, Ethica &c. petendam esse; in promptu est Responsio, prius Logicam esse discendam quam Philosophiam seu Scientias Reales.

4. Nec Faber ferrarius discipulum ad Physicam ablegat ut Metallum cognitionem inde

hauriat; sic neq. Logicus ad Philosophum.
 5. Logicus igitur rerum cognitionem habeat, non quidem exactam ut Philosophus, sed quanta ad Operationem seu instrumenti hujus fabricam sufficit.

6. Unde in Prædicamentis de Homine agitur ruditer, in Physicis erudite, de virtutibus in Prædicamentis imperfecte, in Ethicis multo perfectius.

7. Et ut res exemplo fiat manifestior, ut Aurifex perfectam auri vel argenti cognitionem non requirit, sed quantam ad vas aurea & argentea conficienda sufficere intelligit, ita Logicus tantam Rerum sive Notionum Primarum notitiam habebit, quanta ad ejus institutum sufficit, perfectiorem Philosopho concessurus. Zab. lib. 2. de Const. Log. c. 2. & c. diligenter, Toletus.

II. An Categoriæ usu vel possessione ad Logicam spectent?

1. Utrumq. sane dici potest: Nam res considerata, hoc est, Notiones Primæ usû tantum Logici sunt, quando v. modum considerandi attendimus, hoc est: quatenus sunt Prædicamenta, quod est, quatenus Secundis Notionibus

his substernuntur & apta ad prædicandum redduntur &c. De possessione ejus sunt.

III. An Prædicamenta ad locorum Inventionis recte reducantur?

1. Id quidem nonnulli facere tentarunt, Substantiam videlicet ad Subjecta, Quantitatem & Qualitatem ad Adjuncta, Relata ad Dissimulanda, Actionem & Passionem ad Effecta. Quando & Habere ad Adjuncta, Situm & Ubi ad Subjecta. Sed quam ineptè peritiores judicaverint.

2. Reduci quidem possunt, sed magno Logices cum detrimento, & tamen non nisi vires omnes, & omnem suum usum amittant.

3. Nam Prædicamenta sunt Notiones Primæ, & in illis docetur Simplicium Apprehensio, utilia sunt ad Genus & Differentias investigandas, Definitiones constituendas, fundamentum sunt Prædicationum & Materia differendi, Deniq. generalem rerum notitiam & si qua sunt alia subministrant.

4. Loci Inventionis sunt Notiones Secundæ & Conceptus Relati, Argumenta præbent quibus Quæstio disputabilis probari aut rejici possit, neq. Terminum Absolutum in se querendum

quam recipiunt. ut Planta, Visus, Iustitia, Virtus, Dominus, Motus Gemma, Linea, non sunt in aliquo Loco Inventionis.

s. Nam si Plantam, Gemmam ad Subiectum, Visum, Iustitiam, Lineam, Virtutem, ad Adjuncta, Dominum ad Relata, Motum ad Effecta referas;

Quero in hisce Enunciationibus:

Gemma est in annulo comprehensa; estne Gemma Subjectum?

Linea est Curva; estne hic Linea Adjunctum!

Virtutem comitatur Gloria; estne virtus Adjunctum Glorie?

Dominus non est Domus; estne Dominus ibi Relatum!

Generatio est Motus; estne Motus ibi Effectum?

6. Qui ergo Locus Inventionis cum Prædicamentis aut hac cum illis confundit, album à nigro mihi non distingvere videtur.

IV. An de Prædicamentis sic scientia Logica, habens pro Subiecto adæquato aliquod commune Intentionale Univocū Decem Prædicamentis!

f. Si Scientia dicatur, illud univocum dici potest, Universale ordinabile in genere.

Tat. p. 22. c.

V. An Prædicamenta agant de Rebus, an v. de vocibus?

Resp. De Rebus Prima Intentionis, finitum, limitatum, Univocis, incomplexis principaliter agant; de Terminis v. secundariis.

2. Unde infinitum, ut Deus. Secunda intentiones, Transcendentia & reliqua dictis opposita ad Prædicamenta non spectant.

Tat. f. 23. lit. a & b. Coll. connimb. in Proxm. in Categoria.

VI. An Prædicamenta sufficienter gradita? Affirmatur pro instituto. T. f. 24. l. b.

VII. An quidditas cujusq; speciei prædicamentalis, etiam simplicis ut Albedinis &c. Sit composita ex duabus Realitatibus?

1. Non est inconueniens etiam simplex esse compositum, ex Realitate potentiali Generis, & Realitate Actuali Differentia, sive Realitate Superiori, & Realitate illam contrahente. Tat. f. 17. a.

VIII. An Prædicamenta tantum sint Decem? nec plura nec pauciora?

1. *Quidam hunc numerum non posse demonstrari existimant, Et si vel maxime possit, hoc Metaphysice esse.*

2. *Alij ex sufficiente rerum divisione, a posteriori eum comprobare nituntur.*

3. *Nobis satisfacit, praesertim cum a praestantissimis Logicis sit approbatus, & sufficienti inductione jam pridem confirmatus.*

4. *Nullum siquidem Incomplexum hactenus datum est, quod ad unum horum 10. Generum referri non potuit, exceptis qua lex jubet excipere. Flac. lib. 3. Log. Gen. c. 2. Tat. de Praedicament. Q. 1. f. 22. d. Coll. conimb. cap. de praedic. Q. 2. art. 1. &c. Arist. 1. post. 22. r. 6. & 14. tantum septem enumerat.*

IX. An singularis Categoriae perfecte definita?

1. *Si non perfecte, attamen recte. ut n. perfecta rerum cognitio hic non requiritur: ita nec definitio.*

2. *A Posteriori Ergo hic tantum describuntur, quatenus ad praedicationes constitutivas concurrunt.*

X. An Species & Genus sint in diversis Praedicamentis?

1. *Illud innuere videtur Arist. c. 8. t. 32.*

Dum

Dum Scientiam dicit Relatum esse, Physicam v. Scientiam Qualitatem. Nos Genus & Speciem in eodem esse Praedicamento semper dicimus.

CONTROVERSIA. V.

De Substantia.

I.

Quaestio. An Substantia recte dividantur in Primas & Secundas?

1. *Videtur quod non, 1. quia ad neutrum membrum refertur Deus. 2. quia ipsum divisum v. Substantia ad alterum membrum v. ad Substantias Secundas pertinet.*

2. *Resp. Substantia non dividitur in Primas & Secundas prout sumitur Primo intentionaliter, sed Secundo intentionaliter pro toto ordine.*

3. *Nec inconueniens est, membrum divisionis predicari denominativa de diviso.*

H. An Deus sit in praedicamento Substantiae Logico?

1. *Quia Deus in enunciatione ponitur, omnis v. enunciationis materia ex praedicamento petitur: tum ad Quaestionem: Quid est*

C 3

DEUS

Deus? recte respondetur: est Substantia, Speciem Substantia quæ esse facile crediderit.

2. Veram tenendum, quantumvis mentis nostra aciem intenderimus, Deum Quid sit, & Qualis, in hac vita sufficienter nos nequam cognoscere & concipere, ideoq; nec loqui de eo accurate posse; sed si quid fuerit, id non ipse & analogice fieri.

3. Quando ad Regulam hæc applicamus, ipse solus Ens & Substantia, reliqua Entis umbra, ipse infinitus, reliqua finita, nullum Genus nullam Conspeciem habens. Tat. f. 28. a.

II. An aliqua Substantia sit in Subiecto?

1. Arist. cap. 5. Categ. t. 14. Objicit partes Substantiarum.

Ve un sciendum, quod proprie non sint in Subiecto, juxta Definitionem supra traditam.

IV. An Substantia aliquid sit contrarium?

1. Sunt quidem & Substantia contraria, ut Ignis & Aqua, sed non $\pi\epsilon\omega\lambda\acute{o}\varsigma$ hoc est, primo & quatenus tales, sed $\delta\epsilon\upsilon\tau\epsilon\rho\acute{o}\varsigma$, id est secundario per & propter qualitates.

V. An Substantia recipiat magis & minus?

1. Si due Substantia conferantur $\kappa\alpha\lambda\acute{\omega}\tau\epsilon$ in Categorijs collocata, nequaquam una magis Substantia, Corpus, Animal, aut tale quid fuerit quam altera, sicut v. $\kappa\alpha\lambda\acute{\omega}\tau\epsilon$ $\beta\acute{\alpha}\beta\epsilon$ in ordine collocata inter se conferantur, concedi utiq; poterit, Individua magis Substantias esse quam Species, & has quam Genera. Tat. p. 29. lit. c.

VI. An sola Substantia recipiat contraria?

1. Videtur Oratio, itemq; Opinio, quæ non sunt Substantia etiam contrarietates recipere, siquidem modo vera modo falsa sunt. ut Plato sedet, Vera oratio est eo sedente, at postquam surrexit falsa.

2. Verum enim vero longe dispar ratio est. Substantia sui alteratione recipit Contraria, Oratio v. sui subiecti mutatione, ipsa eadem omnino manens. Arist. Categ. c. 5. t. 22.

CONTROVERSIA VI.

De Quantitate.

1.

Quaestio. An Quantitati aliquid contrarietur?

Mag.

1. Magnum & Parvum, item Multa & Pauca species Quantitatis contraria apparent, de rectius ad Relata referuntur.

2. Ac etiamsi Quantitates esse, concedatur, tamen Regula manet: Quanto nihil est contrarium. Hac n. non respectu ejusdem magna & parva dicuntur, sed diversorum.

3. Alias mons nunquam diceretur parvus, nec ovum magnum, quod tamen frequentissimum est.

4. Et propterea non recte contraria dicuntur, cum eodem respectu non intelligantur. Arist. c. 6. t. 19. & sequent ad 25.

II. An Locus sit alia species Quantitatis à Superficie?

Si Locus pro spacio accipiatur, omnino, Sin pro superficie continentis, Materialiter quidem eadem species est & ejusdem quantitatis, id est, aequalis est. Formaliter a. aequalis quidem, sed diversa species. Tat. f. 31. lit. c.

III: An Linea, Superficies & Corpus sint species Quantitatis distinctæ ab invicem & a rebus per ea Quantis? Tat. f. 32. b.

IV. An Quantitas sit Genus Lineæ? Lineæ

1. Linea dicitur Quanta, nullum v. Genus in concreto de sua Specie predicatur, ideoq. minus congruum Linea Genus Quantitas assignatur.

2. Quantitas accipitur vel in Abstracto, & sic Linea Genus non est, sed potius Longitudinis, Latitudinis, Profunditatis.

Vel in Concreto pro re quanta, hoc modo Linea Species Quantitatis est, hoc est Quanti.

V. An Tempus & Locus sint species Quantitatis?

1. Aliud est Quantitas, aliud Quantum, hoc iterum per se vel propter aliud, hujus postremi Quanti species sunt Tempus & Locus sic generaliter accepta, 2. Species v. horum scz. Hora, Dies, Modius, Posulum, &c. propriè Quantitates sunt.

3. Ubi v. & Quando non sunt idem quod Locus & Tempus: sed affectiones ex hiis orta, unde & singulares constituunt categorias.

CONTROVERSIA: VII.

De Relatis.

I

An

An Relatum per suum Correlatum definatur? *Tat. f. 34. lit. d.*

II. An Relata sint simul Natura

1. Scibile & Scientia, item Sensus & Sensibile relata sunt, Scibile tamen Scientia & Sensibile Sensu prius est.

Nam positus illis, non statim haec ponuntur. Multa enim Scibilia sunt, de quibus adhuc nulla est Scientia.

2. Resp. Vera est haec Regula quando utraq; acta vel potentia sumuntur. Nihil enim actu scitur vel sentitur nisi etiã sit Scientia & Sensus. Neg. quicquam est Sensibile aut Scibile potentia, nisi etiam de illis possit haberi Scientia. &c. *Arist. c. 7. c. 18. 19. 20. 21.*

III. An Relata conversim alia aliorum esse dicantur?

1. Si Relata secundum esse fuerint, & Correlati conveniens nomen assignetur, utiq; Sin minus, de illis haec proprietas non est intelligenda. ut *Avis & Ala*, *Arist. c. 7. a. 19. usq; ad t. 16.*

IV. An aliqua Substantia possit esse Relatum? puta partes, Substantiarum, Caput, pes &c.

Rela.

1. Relata secundum dici esse possunt, quia aliquo modo sunt eorum quorum sunt partes, attamen quia per se esse, ut anima, & cognosci sine illis possunt, proprie Relata non sunt. *Arist. c. 7. r. 22. & seq. 28.*

V. An qui plures habet Filios plures habeat Paternitates? *A.*

1. Ad multiplicationem Concretorum non sufficit nec requiritur multiplicatio Formarum seu Abstractorum, sed requiritur & sufficit multiplicatio suppositorum. ut paternitas in pluribus, plures facit patres. At plures in uno paternitates unum tantum faciunt Patrem. *Exemplum in Bellar. l. 3. de Christo. c. 4. Tat. f. 35. lit. d.*

CONTROVERSIA. VIII.

De Qualitate.

1.

An omni Qualitati aliquid sic contrarium? *Arist. c. 8. t. 24. Flavio & pallido nihil contrarium dicit, cum tamen qualitates sint.*

II. An omnes qualitates recipiant magis & minus?

Dubi.

1. Dubitare quis potest de Iustitia & reliquis virtutibus, quæ latitudinem aliquam non admittunt videntur, tum etiam de Figuris, Triangulo, Rotundo &c.

1. Illa licet in se non recipiant, tamen eorum subjecta ab illis magis vel minus talia dicuntur, ut hic illo iustior. Hæc v. licet concedatur, quod cum reliquis qualitatibus per omnia non conveniant, tamen etiam quadammodo de suis subjectis secundum magis & minus dicuntur, ut unum altero rotundius.

Arist. c. 8. t. 27. & 26. ||

CONTROVERSIA. [IX.]

De reliquis sex predicamentis.

I.

AN Actio & Passio sint distincta predicamenta?

II. An Passio sit natura posterior Actione?

1. Licet Relata sint, & eatenus simul Natura; tamen quia Actio Passionem dignitate superat, & quomocumque ei existendi causa est, etiam prior Natura dici potest.

Legatur Arist. de priori, c. 12, t. 7, Categoriarum.

Ad

III. An Quando & Ubi habeant Contraria?

1. Videntur Prius & Posterius, Præteritum & Futurum, item Infra & Supra, Dextrorsum & Sinistrorsum contrariari, quæ tamen Temporis & Loci differentie sunt.

Resp. Relata potius hæc sunt quam contraria, & Relatorum potius quam Predicamentorum Ubi & Quando species sunt. Si quidem ad aliud atq. aliud idem Prius & Posterius dici potest, & similiter reliqua.

CONTROVERSIA. Ultima:

De modis Habendi.

I.

AN ad Logicam pertineat explicare quos modis vocabulum Habere dicatur? A.

CONTROVERSIARUM

LOGICARUM.

LIBER. IV.

DE ENUNCIATIONE.

CONTROVERSIA. in C. II. & III.

De Nomine & verbo.

D

Quis

Questio. An doctrina de Nomine & verbo ad Logicam pertineat?

1. *Quod in una Scientia homogeneum est, in altera merito heterogeneum iudicatur.*

2. *Verum hoc est, cum eadem res eodem prorsus modo in diversis Scientijs traditur.*

3. *At cum Grammaticus de Nomine & verbo agat, quatenus convenient Numero, Genere, Persona &c. hoc est, congruam orationem constituent: nihil a re alienum commississe videtur Logicus, si de iisdem aliquid praceperit, quatenus Partes Enunciationis sunt, & Veram aut Falsam Enunciationem vel neutrum constituunt.*

Ramus in Scholis, Goel. p. 3. Probl. 3.

II. An Nomina & Verba Composita, etiam Conceptus simplices denotent? cuiusmodi est: Aurifex.

Licet quadammodo absonum videatur, nihilominus cum Conceptus Simplicitas, non ex verbis sed mentis potius imaginatione assignanda sit, utiq; conceditur. Tac. f. 45. b.

III. An necessaria sit distinctio Nominis & Verbi in Finitum & Infinitum?

Cum Verba & Nomina quadam Infinita, esse nemo negare possit, eorum v. ratio in Enunciationibus, per omnia Finita non sit similis, ad dijudicandam Enunciationum naturam, horum quoq; cognitionem omnino requiratur. Ramus in Scholis.

IV. An Obliquus Casus possit esse principalis pars Enunciationis?

In quibusdam singulare est, ut: Legitur Cicerone. Ramus. Cæsar. Tat. III. c. II. Goel. p. 3. probl. 4.

V. An Nomen & Verum solæ partes Enunciati sint?

Reliquas minus principales quidem esse concedimus. Cæsar. tra. 3. c. 5. Tat. p. 45.

VI. An idem Subjectum & Antecedens, Prædicatum & Consequens?

Si proprie loqui liceat, Subjectum & prædicatum partes Simplicis Enunciati, Antecedens & Consequens Compositi esse statuentur. Goel. p. 3. prob. 16.

CONTROVERSIA: in C. IV.

De Oratione.

Quaestio. An Orationes Poëticae & Oratoriae ad Logicam spectent?

Donce Logica, ut a Rameis fit, pro facultate ratiocinandi de quacunque Materia, & propter quemcunque Finem accipitur, sive ut persuadeat, sive ut impetret, sive ut aliud quippiam efficiat, etiam haec aliquid juris in Logica obtinebunt.

At dum Logica, ut a Peripateticis perierit fieri solet, pro tali ratiocinandi facultate sumitur, qua tantum intendit Verum a Falso discernere, merito à possessione hac exheredentur, utpote qua neque Veritatem neque falsitatem in se continent.

II. An omne Axioma, sumptum in lata significatione, ut in Ramo fit, esse aliquid, aut non esse denotet?

Id vetant Orationes Imperativa, Optativa. Sc. de quibus supra. Goel. part. 3. prob. 13.

CONTROVERSIA. in C.V.

De Enunciatione.

AN Enunciatio possit ex solo Verbo constitui? ut pluit,

Vocale

Vocalis quidem & scripta poterit. Mentalis minime. Cæsar. tract. III. c. 10.

II. An Enunciatio sit conceptus compositus? A. Tat.

III. An Axioma & Enunciatum sint idem?

Stoici Axioma quod sententiam intellexerunt, propterea pro eodem habuerunt. Peripatetici Axioma pro dicto fide digno accipiunt, proptereaque angustius esse volunt quam Enunciationem. Nos, quia verba valent ut nummi pro ut usus obtinuerit, ita habendum existimamus. Goel. p. 3. prob. 7.

IV. An Oratio sit Genus Enunciationis?

Quando Oratio strictè accipitur pro eadem tantum qua $\pi\alpha\sigma\phi\alpha\rho\upsilon\mu\eta$ dicitur, neutiquam Enunciationis Genus haberi potest, ut ex Maximis de Genere ostenditur. large a. accepta voce pro Mentali, ut ita loqui liceat. Vocali & Scripta, nihil impedit quo minus concedi possit. Goel. p. 3. probl. 8.

V. An Propositio & Enunciatio sint idem?

Usus obtinuit hac pro eodem usurpari, rectius

34. **CONTROVERSIARVM**
rectius tamen Propositio pro parte Syllogismi foret habenda. Goel. p. 3. probl. 14. & p. 4. probl. 5.

CONTROVERSIA. in C. VI.
De Affirmatione & Negatione.

I.

AN Affirmatio sit Negatione prior?
Conceditur. Voit. p. 208. Goel. part. 3. probl. 21.

II. **An** Affirmatio & Negatio affectiones Enunciati?

Affirmativam tenemus. Goel. p. 3. probl. 18.

III. **An** omnis Enunciatio sit Affirmativa vel Negativa?

Negat Tatar. lib. 1. priorum f. 59. c. Ex-empli Gratia: Chimera est, vel non est, negat affirmat negat, sed est mixta qualitatis. Non affirmat, quia nulla affirmativa vera est de non Ente; at haec vera est. Non negat, quia principalis copula non negatur &c. Negatio dari potest, cur magis Negativa sit quam Affirmativa.

LOGIC. LIBER. IV. 55
CONTROVERSIA in C. VII.
De Enunciatione Universali, Particulari, Indefinita &c.

I.

AN Particulare Enunciatum quando exponitur per rem certam, maneat Particulare? *Negatur. Goel. p. 3. probl. 26.*

II. **An** Subalternæ sine oppositæ?
Opponuntur quidem in Qualitate, ad idum respicimus definitionem Oppositarum enunciationum, qua proprie ita dicuntur, in promptu est judicare, Subalternas non esse oppositas, cum una non neget quod altera affirmat.

III. **An** Subcontrariæ sint Oppositæ?

Cum de eodem intelliguntur, opposita revera sunt, aliàs non.

IV. **An** Subcontrariæ possint esse, pariter impossibiles?

Quando de diversis rebus accipiuntur, negari non potest, ut quadam animalia in aquis possunt vivere: de terrestribus: quadam non: de aquatilibus.

Ceteroquin nunquam pariter false sunt, multo minus impossibiles. Flac. p. 367.

V. An contradictio sit pars Inventionis?

Contradictio simplicium Terminorum eo spectat, hac non. Ramus.

VJ. An Definitiones & leges Oppositarum recte assignatae? A.

Tat. p. 48. & 49.

VII. An Contradictio possit esse in uno Enunciatio? *Goel. p. 3. probl. 21.*

VIII. An prima Regula de Aequipollentibus sibi constet? A. *Cast. 3. c. 25.*

JX. An Veritas & Falsitas proprie competant Enunciatio?

Competunt etiam aliqua ratione simplicibus Conceptibus, nempe veritas Incomplexa & Transcendentalis, Verum non a qua ratione, quia Enunciationi intrinseca sunt, simpliciter conceptui non nisi ad extra.

X. An vera sit Enunciatio que convenit cum rebus, an v. quae cum mente eius qui eam profert consentanea est?

Illae Logice verae est, haec vero Ethice. Goel. p. 3. probl. 19.

CON.

CONTROVERSIA in C. IIX.

De Enunciatione una & pluribus.

I.

AN Enunciatio Multiplex sit una?

Distingvendum inter compositam & Multiplicem, illa potest esse una eodem modo, hac non.

CONTROVERSIA in C. JX.

De Futuro contingenti.

I.

AN propositiones de futuris contingentibus, stante infallibili praescientia Dei possint esse indeterminate verae? *Tat. p. 51.*

Propositio contingens potest dupliciter esse determinata, v. de esse, hoc est, ita ut ejus contradictoria sit possibilis, vel de possibili, hoc est ita, ut ejus contradictoria sit impossibilis. Hoc modo nulla enunciatio contingens est determinate vera, illo modo potest.

Dei a. Praescientia non tollit rerum Contingentiam.

II. An in futuris contingentibus, naturaliter altera contradictionis pars sit definite vera?

De

Hoc

Hoc si statueretur, multa sequerentur absurda, quae apud alios legi possunt. Tenenda a. est Regula.

Non quia oratio est vera aut falsa, res est vel non est, sed contra.

Zab. p. 138, Tat. p. 50. Flac. p. 294, Arist. de interp. c. 9. Cic. de fato.

III. An praeterita & praesentia possint dici contingentia? & eadem operâ, an vera sit Regula: Omne quod est quando est, necessarium est esse.

Contingentia sua natura possunt ratione certi temporis evadere necessaria, quod de praeteritis & praesentibus est statuendum.

CONTROVERSIA in C. X.

De Enunciationibus, Secundi & Tertij adjecti &c.

I.

AN Copula EST, sit pars Enunciationis?

Resp. minus principalis.

II. An Doctrina de Enunciationibus Infinitis in Logica utilis?

Una saltem utilitas est, quod docet Affirmativas & Negativas internoscere, quod qui

ignos-

LOGICARVM LIBER. IV. 59
ignorat, Syllogismum legitimum a vitioso nescit dignoscere, & per consequens Verum a Falso nequit distingvere. Gecl. p. 3. probl. 12.

CONTROVERSIA Ultima.

I.

AN Afirmatio Afirmationi, an v. Negatio sit contraria.

Alia est contrarietas in Re, alia in modo annuciandi, de illa hic non agimus, propterea negationem Afirmationi contrariam esse asserimus. Afirmationes a. duas potius repugnantes quam contrarias dixeris.

APPENDIX.

I.

AN Enunciatio possit esse pars Enunciationis?

Resp. Potest, Diverso respectu.

CON-

60 CONTROVERSIARVM
CONTROVERSIARVM
LOGICARVM

LIBER V.

DE SYLLOGISMO.

Hujusq; Libelli Primi.

CONTROVERSIA in C. I.

De Syllogismi Definitione & partibus.

Quaestio. An Syllogismi Genus sit
Oratio?

*Idem hic respondendum est, quod supra
respondimus, quando quaesitum fuit, an Genus
Enunciationis esset.*

II. An Argumentatio sit Genus
Syllogismi?

*Etiamsi indiscretim pleriq; his vocibus
utantur, tamen doctrina causa non inconve-
niens fuerit, unum alterius Genus statuere.*

III. An Conclusio sit pars essentia-
lis Syllogismi?

*Syllogismus sumitur tripliciter, 1. pro Pra-
missis. 2. pro Conclusionem. 3. pro toto Com-
posito. Primo modo ejus pars essentialis non
est, posterioribus omnino.*

*Vnde etiam intelligi potest, qua ratione
Conclusio, Effectus Syllogismi, itemq; Formale
dicatur.*

An

LOGIC. LIBER. V. 61

JV. An omnis Syllogismus con-
stat ex Enunciationibus?

Videtur instare hic Syllogismus:

Si omnis homo curreret,

Et iuniperus esset homo,

Certe curreret.

V. An omnis Syllogismus sit Hy-
potheticus? *Tat. f. 82. a.*

VI. An Medius Terminus sit Con-
ceptus Simplex, an v. integra Enun-
ciatio? *prius affirmamus, Goel. probl. 6.*

VII. An Medius Terminus ingre-
diatur Conclusionem? *Negatur.*
Goel. probl. 26.

VIII. An Major Propositio ali-
quando dicatur $\pi\rho\sigma\lambda\eta\psi\iota\varsigma$, id est, Af-
sumptio? *A. Goel. probl. 40.*

CONTROVERSIA. in C. III.

De Conversione Modalium.

I.

AN Necessaria Affirmans sive Uni-
versalis sive Particularis necessa-
rio convertatur?

Objicit Flac. p. 372. Necessum est omnem

Gram.

Grammaticum esse hominem, non tamen necessarium videtur quendam hominem esse Grammaticum. Ergo erronea videtur sententia Aristotelis, qui hoc asserit.

CONTROVERSIA in C. IV.

De Syllogismis Absolutis in 1. Figura.

I.

AN Prima Figura merito primum locum obtineat, an vero Tertia?

1. Duplici nomine sibi merito primum locum vendicat. Primo, quia reliquis est perfectior, Deinde quia illarum fundamentum est.

2. Perfectior, quia actu principia Syllogismorum continet, reliqua solum potentia, tum quia omnis generis quaestiones potest concludere, quod reliquis est denegatum.

3. Reliquarum fundamentum & principium, Quia nisi ad hanc reducantur & quasi examinentur, de illarum consequentia & concludendi necessitate potest dubitari.

4. Adde, quod maxime sit naturalis, ut pote quae Majori Extremo supremum locum tribuit, Medio medium, Minori infernum reservavit.

varit, quod in reliquis non servatur.

5. Quod v. Tertia quidam primum locum assignant, eo quod Medius Terminus in ea utrobiq; praecedat, adeo frivolum est, ut mirum sit quemquam hac ratione uti ausum fuisse.

Goel. probl. 33.

H. An Syllogismus Particularis vel Negans dicatur, Cujus omnes partes tales non sunt? *Affirmatur.*

Goel. probl. 21.

CONTROVERSIA in C. V.

I.

AN Syllogismi Proprij sine in Prima & Secunda Figura? *Goel. probl. 46. Tartaretus, lib. 1. Prior. p. 6. l. 6.*

CONTROVERSIA in C. VI.

I.

AN Secunda, & Tertia Figura habeant necessitatem illationis? *Affirmatur. Goel. probl. 35.*

H. An possimus Secunda & Tertia Figura carere? *Negatur. Zab. lib. de Quarta Fig. c. 10.*

An

III. An ex ambabus Præmissis Singularibus, sequatur Conclusio particularis?

i. Si Singulares ex multis Singularibus, composita sint, Conceditur, aliâs non inferitur particulare proprie dictum. Causa est, quia non potest plus esse in Conclusionem quam in Præmissis. Goel. probl. 4.

IV. An aliquando in Tertia Figura Conclusio sit universalis?

Affirmatur, quando v. Propositio est universalis & Termini Assumptionis reciprocantur. Goel. probl. 44.

V. An omnes Figuræ per Expositionem possint probari?

VJ. An per Impossibile? Tat. lib. 1. priorum f. 65.

CONTROVERSIA in C. VII.

i.
AN Modi indirecte concludenter admitrendi?

Ars debet imitari Naturam. Modi indirecte concludentes non modo non imitantur Naturam, sed contra naturalem concludendi

LOGIC. LIBER. V. 65
inclinacionem progrediuntur: Ergo in Arte non ferendi.

II. An detur Quarta Figura?

Datur quidem, sed quia non est Natura imitatrix, non est necessaria, nec in usu, idcirco fieri quidem potest, sed usurpari non debet. Zab. integr. lib. de 4. Fig. Flac. lib. 5. c. 14. p. 1. Goel. probl. 36.

CONTROVERSIA in C. XXV.

i.
AN in uno Syllogismo sint plures Termini quam tres? Negatur. Goel. Prob. 56.

LIBELLI SECUNDI.

CONTROVERSIA in C. I.

i.
AN uno Syllogismo colligatur plures Conclusiones?

Mediate quidem plures colligi dicuntur, mirum quæ consequuntur ad illam quæ immediate colligitur, ejus nempe conversa, subalterna &c. Quicquid n. sequitur ad consequens bona consequentia, etiam sequitur ad antecessens. Tat. 2. Priorum p. 79. b.

CONTROVERSIAR.
CONTROVERSIA in C, II.

I.

AN perpetua sit Regula: Ex Veris
nil nisi Verum sequitur?

*Si bona sit Forma Syllogismi, Affirma-
tur. Flac. lib. 5, c. 7. Gocl. probl. 24.*

CONTROVERSIA in C. XXIII.

I.

AN Inductio sit Argumentatio? *A.*
Gocl. probl. 48.

II. An ex paucis perfecta inductio?

*Pro materia & verum conditione, quan-
doq; ex paucis perfecta iudicatur, quando ni-
mirum Caterorum similis ratio praesumitur.*
Gocl. probl. 49. Tat. 2, priorum f.
87.

CONTROVERSIA in C, XXIV.

I.

AN Exemplum sit pars Inventionis,
an v. Forma argumentationis?

*Quoad Materiam quidem est Locus
Inventionis, verum quatenus non colligit eo-
dem modo suam Quaestionem sicut Syllogis-*

mus.

*mus, sed Simile quasi a Simili, idcirco aliam
Argumentationis Speciem constituit.*

II. An Syllogismus Expositorius
sit revera Syllogismus?

*Syllogismus proprie loquendo non est,
sed imperfecta quaedam Argumentatio, velu-
ti Exemplum. Flac. p. 449, Zab. p. III,
Gocl. probl. 42.*

APPENDIX.

I.

AN Compositus Syllogismus sem-
per sit Propositionis Affirmatae?
Pro ut Affirmatam quis intellexerit.

II. An Syllogismus Hypotheticus
sit Syllogismus? *Gocl. prob. 64.*

III. An detur Syllogismus Copu-
latus? *Gocl. prob. 55.*

IV. An Disiuncto Syllogismo pos-
sit inveniri definitio? & an petatur.
Principium? *Illud Negatur, hoc Affir-
matur. Tat. f. 74. b.*

CONTROVERSIARVM
CONTROVERSIARVM
LOGICARVM.

LIBER. VI.

DE DEMONSTRATIONE.

Ejusq; Libelli Primi.

CONTROVERSIA in C. I.

I.

Questio. An Scientia & Opinio pos-
sit esse de eodem?

1. Cum Scientia sit certa quadam & sine
dubitatione rei cognitio, Opinio n. semper cum
dubitatione conjuncta. Nemo v. simul de eā-
dem re certus esse & dubitare potest. perspi-
cuum est eundem de eadem re, simul Scien-
tiam & Opinionem habere non posse.

Tat. p. 98.

II. An possit demonstrari, quid sit
res? Negatur. Tat. p. 100.

CONTROVERSIA. in C. II.

I.

An detur aliqua Demonstratio, qua-
lem Aristoteles describit?

*Etiamsi nova Philosophia id negare non
veretur, tamen contrarium ita manifestum*

est

est, ut soli lumen afferre videatur, qui hoc
ipsum probare velit. Gocl. part. 4. prob.

II. An aliquid de novo sciamus.

Plato scientiam nostram nihil aliud quam
Reminiscenciam esse voluit, cujus sententia
subscribere non possumus. Tat. 2. post. p. 87.

III. An in Demonstratione pro
Majori Terminò ponatur Affectio,
an v. ejus Genus?

Resp. Utrumlibet. Genus n. ejus utpote ne-
cessarium ad nominis explicationem præcogni-
tum esse oportet, neq; hic cum sumitur, ut Ge-
nus sumitur, sed ut nominis explicatio, qua
cum nomine idem est. Zab. lib. de con-
vers. Demonstr. in Definitionem.

CONTROVERSIA. in C. III.

I.

AN possit demonstrari quod causa
Affectiois sit ejus causa?

Negatur, hoc n. dato, sequeretur eam ha-
bere priorem causam, & sic non esset prima &
immediata, quod tamen ut sit Demonstratio
requiritur.

70 CONTROVERSIARVM
CONTROVERSA. in C. II. & IV.

I.

AN necessum sit omnes Propositiones in Demonstratione tã dioti esse summe necessarias?

Resp. in Demonstratione ab Externis causis, non necessum est Minorem esse necessariam, Reliquas est. Zab. de propot. neces. c. ult.

II. An καθ' ὅλα & Reciprocum, idem? N.

Ut facultas loquendi & ratiocinandi reciproca sunt, non tamen καθ' ὅλα, Flac. p. 742. 746. & 7.

III. An gradus necessitatis sint leges conformandarum Artium?

Respondetur fieri non posse.

CONTROVERSA. in C. VII.

I.

AN vitium sit Demonstrare per alterius Scientiæ Principia?

Excipe Subalternas, quales Zab. solas Mathematicas esse statuit. utpote Musicã Arithmetica, Opticam & Mechanicam Geometria, qua tamen ejus sententiã potius eadem

LOGIC. LIBER. VI. 71

dem Scientia, quam diversa & subalterna sunt. Ex hisce Subalternam principia mutua ne ex Subalternante non est vitium.

Sed præter Subalternas etiam Heterogeneas idem facere, colligi videtur ex Arist. t. priorum. c. 13. t. 13. ad finem. De quo in disputatione dicetur. Flac. p. III.

CONTROVERSA in C. VIII.

I.

AN Scientiæ subiecta sint æterna & incorruptibilia? *Affirmatur, Tat. 2. post. Anal. p. 93. a.*

CONTROVERSA in C. IX.

I.

AN Demonstratio possit fieri per communia principia?

Extrinsicus quidem ad Demonstrationem conferunt, verum nisi prius per proprios terminos contrahantur; Ipsam Demonstrationem Principalem ingredi nequeunt. Tat. p. 92.

CONTROVERSA. in C. XIII.

I.

AN in Potissima Demonstratione Mediũ semper sit causa Majoris Ex-

72 **CONTROVERSIARVM**
tremi? *Affirmatur.* Zab, lib. de medio
Demonst.

II. An ut existimat Averroes. De-
monstratio Potissima sit specie dis-
tincta a Demonstratione r̄s d̄on.

Siquidem essentialis differentias distin-
ctas non habent, nec specie distingvi creden-
dum est, sed leviter tantum & accidentarie.
Zab, de speciebus Demonst. c. 13. 4. 6.

III. Ultra perfectior Demonstratio
ab Effectu, an v. a causa Remota?
Respondetur pro illa. Zab, de speciebus
Demonstrationis, c. 7.

CONTROVERSIA in C. XXIX.

I.

AN unius rei plures dentur Demon-
strationes?

Unius rei una est causa qua. satisfacit
Questioni propter quid. & per hanc unica
datur Demonstratio potissima. Flac. p. 674.

LIBELLI SECVNDI.

CONTROVERSIA in C. I.

I.

Qua.

LOGIC. LIBER. VI. 73

Quaestio. An tantum quatuor sint
Quaestiones Scientificae?

Reliqua ad has reduci possunt, & ha in
quibusdam rebus pauciores. Tat. 2. Post.
p. 99.

CONTROVERSIA in C. IV.

I.

AN Definitio possit demonstrari?

Definitio est principium & finis Demon-
strationis, eo quod ex hac exstruitur & in
hanc Convertitur, quod tamen cum distinctio-
ne est accipiendum. Essentialis nunquam de-
monstratur, sed praecognoscitur, Causalis par-
tem sui unam per alteram demonstra.
Zab, lib. 4. de Meth, c. 14. 15. & 16. Tat. 1.
post. p. 92. d.

CONTROVERSIA: in C. XI. |

I.

AN definitio Subjecti vel Affectionis
sit Medium Demonstrationis?

Pro Definitione Subjecti facit Tatar-
tus. p. 104. Nos Zabarella potius tuemur par-
tes, qui illud ex Accidente statuit lib 1. c. 20.
& 21. de Med. Demonst. Verum Affectionis

E s

de.

definitionem, eamq. causalem semper pro Medio adhiberi ostendit.

II. An Medium in Demonstratione sit Forma Subjecti?

Resp. Raro. Zab. lib. 1. de Med. Demonstr. c. ult.

CONTROVERSIA in C. XIII.

I.

An Negatio sit Differentia? late sumpta? Casarius.

II. An possit fieri aliqua Divisio vel Definitio?

Impedire videtur, quod hoc facturus vos omnes cognoscat, quod cum nemo facile possit, neq. definire aut dividere poterit.

III. An Genus rectius in Species quam Differentias dividatur?

Resp. illud. Cæsar. t. 8. c. 10.

IV. An omnis Divisio possit reduci ad Dichotomiam?

Ægre. Flac. lib. 1. dial. 2. 24. Casarius.

V. An Divisio conferat ad partes Definitionis notificandas? Zab. lib. 3.

de Meth. c. 10.

Per se quidem non notificat; sed tamen
pra-

praestat ut ordine procedamus in Definitione inquirenda, atq. hac ratione non parum confert.

CONTROVERSIA in C. XVII:

I.

An unius Effectus in diversis diversæ sint causæ?

Resp. Si diversæ illa sint ὁμόνοια, causa una etiam talis erit. Sin Synonyma, etiam Synonyma causa erit, quæ deniq. secundum Analogiam sunt eadem, causas analogiâ eandem habebunt.

II. Utra causa Prior sit, propior ne Effectui, an magis universalis?

Resp. propior Effectui.

CONTROVERSIA in C. XIX.

I.

An Principia nobiscum congenita?

Tantum potentia & inclinatio ad assentiendum Principijs, quam primum Terminos cognoverimus.

APPENDIX.

I.

An admittatur Ordo Definitivus?

Hunc prorsus tollit Zabarella de Methodis lib. 2.

CON.

LOGICARVM

LIBER VII.

DE Syllogismo probabili

Ejusq; sive

TOPICORVM.

Libelli Primi.

CONTROVERSIA. in C. IV.

I.

Questio. An Quæstio Simplex Diale-
ctica subjiatur.?

Quo ad explicationem affirmatur, quoad
confirmationem vel refutationem, in quan-
tum simplex, negatur. Rennem, in Resp.
Ap. p. 195.

LIBELLI SECUNDI.

CONTROVERSIA in C. II.

I.

Questio. An ordo in locis Topicis
tradendis a Ramo Observatus pos-
sit admitti.?

Quæ dicam quod res est, videtur si non præ-
feren-

ferendus: omnino equiparandus ordini a quo-
vis alio Methodice & compendiose hanc rem
tractante observato.

II. An labor Rami & aliorum qui
præcepta Logica exemplis Poëtarū
& Oratorum illustrarunt reprehen-
dendus.?

Nequaquam, sed laudibus potius efferen-
dus & imitandus.

III. An Maxima Logica ex Defi-
nitionibus Locorum erui possint.?

Ne logices quidem peritissimo hoc facile
fuerit præstare, nedum ejus Tyrone, cuius gra-
tia præcipue Logica præcepta conscribi & ex-
plicari debent.

IV. An illis Maximis carere pos-
simus.?

Non sine maximo studiorum & Philoso-
phicarum dissertationum detrimento & ja-
ctura.

V. An Notatio & Definitio No-
minis idem.?

Diversa quidem sunt, sed interdum coin-
cidunt & hæc plerumq; illa est latior.

Good, lib. 2. probl. II.

VJ. An Definitio & Definitum differant?

Re conveniunt, Ratione differunt. Gocl. lib. 2. pro. 33. Renn. in Resp. Ap. p. 197.

CONTROVERSIA in C. JV.

I.

An Partes sint priores Toto? *Voit. p. 218. Gocl. lib. 2. prob. 4.*

Resp. Priores Natura. Simul Tempore. Posteriores Consecutione.

CONTROVERSIA in C. VII.

I.

An Opposita eidem attribui possint? *Gocl. lib. 1. prob. 50.*

Non Actu & ejusdem respectu. Voit. p. 140.

II. An uno Disparatorum posito, reliqua removeantur?

Resp. in Abstracto, non in Concreto.

III. An contradicentia referantur ad Topicam, vel ad librum de interpretatione?

Resp. ad utrumq., sed diversa ratione.

An

IV. An Relata sint Opposita? *Afirmo. Gocl. lib. 1. prob. 76.*

CONTROVERSIA in C. IX.

I.

An Conjugata & Notatio ad Grammaticam vel Logicam spectent?

Diversa ratione ad utramq., Alb. Voit. p. 308.

II. An causa possit definiri?

Quatenus causa à priori definiri nequit, à posteriori tamen per effectum describi potest. Gocl. lib. 1. prob.

JH. An sit aliqua causa Exemplaris? *Putandum.*

JV. An causa sine qua non vera causa sit?

Siquidem neq. efficit rem, neq. constituit, neq. alterutri horum ut fiant, opem fert, inter causas veras non est numeranda. ut Remissio Peccatorum proximi, est causa sine qua non Remissionis peccatorum nostrorum. Cic. lib. de fato duas pag. ante finem, de hac quaestione idem statuit.

V. An causae recte dividantur in Externas & Internas?

Internum & Externum dupliciter accipiuntur: Ratione Essentiae & Ratione Loci.

Illo

Illo modo diviso prima causarum intelligenda est. aiās causa, qua Ratione loci interna est Ratione Essentia Externa esse potest.

VJ. An Materia sit vere causa?

Causa alia sunt moventes, ut Finis & Efficiens, alia Constituentes; Quarum e numero hac esse censetur.

VII. An Finis revera sit causa?

Siquidem Effecto posterior est, & ab Effecto producitur, non videtur inter causas locum obtinere. &c.

Neg. hac ratione causam eum statuimus, quin potius ad usum & Effectum rei referimus.

At quatenus ante opus Efficientem movet ad Effectum producendum, revera causa est & appellatur.

Nec ignorandum, idem respectu Generationis Finem, respectu Rei genita Formam dici solere.

VIII. An Generatio & corruptio rectius ad causas, an v. ad Effecta rectius referantur?

In quantum hac ad Generantem & corruptentem conferuntur, eorum Effecta me-

Quia

vito pronunciantur. at in quantum rem Corruptam vel Generatam respiciunt, causarum sedilia occupant.

Quia v. ut Maxime a Generatione & Corruptione depromuntur, ad Generata & Corrupta habetur respectus, nemo mirabitur quod ad Causas a nobis sint relatae.

JX. An in Deum cadant Adjuncta sive Accidentia?

Etiamsi vulgariter loquendo id excusari possit: attamen quia accurata ratio id non permittit, nec Antiquitas id permiserat, neq. a nobis permitti aut concedi fas esto.

X. An Non Entis aliqua sint Accidentia? Goel. lib. 1. prob. 46.

Quale Subjectum, talia etiam sunt Adjuncta, Fictum hoc, Ficta etiam illa. Si vero aliqua ratione sit, Accidentia etiam habere potest.

XJ. An Locus & Tempus ad causas potius, an v. ad Accidentia referenda?

Locus & Tempus aliquid facere dicuntur, non quod in se & ex se illam vim habeant, sed

F

quod

quod res in illis existentes id ipsum efficiant.
Goel. lib. 1. probl. 47.

XII. An Locus sit Subjectum vel
Adjunctum Locati? Voit. p. 131.

CONTROVERSIA. in C. XI.

I.

AN oporteat Discentem Credere? H.
Renn. contra Skerb. p. 117.

Non ita quidem, ut non liceat in placita
praeceptoris inquirere, & causas siscitari; sed
ut causis datis, etiamsi non statim plane intelli-
gat, aut diversum ipsi videatur, non mox pra-
sumat sibi praeceptoris sententiam repudiare,
& ut falsam traducere, sed iudicium suspen-
dat, donec atate & iudicio maturior fiat, ac
tum deniq. quid verissimum sit eligat & de-
fendat. Idem Renn. Resp. Ap. p. 24. 25.
211. & 27.

CON

CONTROVERSIARVM

LOGICARVM.

LIBER. VIII.

De Elenchis Sophisticis.

Earumq;

I.

Questio. An Reprehensio Sophisma-
tum pro parte Logices agnoscen-
da sit? Renn. Resp. Ap. p. 257.

Cognitis recte Ratiocinandi praeceptis, vi-
detur ex iisdem Erronea Ratiocinatio, quog.
reprehendi & redargui posse.

Rectum n. iudex sui & obliqui.

At in genere quidem admitti potest, ex
praeceptis Recte Argumentandi, Sophismata
etiam confuse cognosci & refelli posse.

Verum, quia distinctam & perspicuam
viam quarimus aliorum cavillationes resol-
vendi, hac ipsa singulari tractatu patefieri de-
buit. Quod quia non minimum Rationis no-
stra artificium est, & ad veritatis tutelam ma-
gnopere conducit, non ipsa Sophismata, sed
Rationem refutandi Sophismata, Partem
Logices merito iudicamus.

F 2

An

II. An Syllogismus Sophisticus, rum etiam qui manifeste in Materia vel Forma peccat recte Syllogismus dicatur?

Equivoce, non secus ac Auripigmentum sibi Auri nomen, & Fucus Pulchritudinis ementitur. Tat. lib. 1. p. 122. d.

III. An Regulâ veritatis Falsum, quoq; Actu cognoscatur? sive, An rectum sit iudex sui & obliqui?

In totum utiq; negari non potest. Attamen si Falsum & Obliquum sigillatim exponantur, adhuc distinctior & perfectior eorum habetur cognitio. Renn. Resp. Ap. p. 264.

IV. An Doctrinâ de Elenchis Sophisticis prorsus inutilis?

*Alij in Sophisticam doctrinam mitiores fa-
Eli, non quidem prorsus inutilem esse volunt,
attamen cum Præceptis Logices nequaquam
confundendam, sed separatim exercitij Logi-
ci loco tradendam judicant.*

*Nos non modo non inutilem, sed etiam
summe necessariam judicamus, ideog, etiam
separatim tradimus, nec cum alijs præceptis
Logices eam confundimus. Renn. Resp.
Ap. p. 269.*

V. An Fallaciæ sint infinitæ, & si hoc, Anne præceptis comprehendi nequeant?

*Infinitæ quidem quoad specialia exempla,
quo ad species vero, nulla dari videtur, que
non sub unam harum 13. cadit. Imò quia Fal-
laciæ apparentes Syllogismi debent esse, non po-
tèst multis modis errari, quin appareat max
Syllogismum non esse.*

VI. An Ignotum per æque Ignor-
tum probetur? Sive, An petatur
Principium, quando Definitum De-
finitione, vel Nomen Notatione pro-
batur?

*Sapè quæ per se sunt æque nota, imo eadem,
alicui inæqualiter nota esse possunt, ideog, re-
spectu ejus Principium non peti. Tum defi-
nitio semper ex natura notioribus & priori-
bus constare debet.*

VII. An Instantia sit Modus sol-
vendi Sophismata? Negatur.

*Nam solutio Paralogismi est patefactio
Falsitatis ejus, ostendens cur sit falsus, quod
Instantia non facit. Arist. Elench. c. 24.
t. 5.*

Epigrammata.

I.



*V*ates per Gothicos patefacta
nepotibus vlla.
Nescio num. Logici sint
monumenta libri,
Ante colendum Rudbeckum,
maturior etas.

Fervida queis possit rite juventa frui.
Vera, domi tibi qua, vel alius in vrbe supellex
Accidit (oro) tibi gratior? anne tua?
Nostrati nostras authori quilibet, & cur
Exoticos nunquam posthabuisse velit?
Ad minimum ne te pigeat componere messem
Hanc Logicam magnis re tituloq; libri.
Exempli & canonum facta ratione viaq;
Hic qua prehendebas cuncta prebendis ibi.
Sympatriotarum ergo agimus tibi nomine
grates.

Inclute Rudbecki, sit tibi prompta salus,
Nestoreos numeres annos, dare multa paterno
Post hac ut possis dulcia grana solo.

M. Jonas Columbus in illustri
Salanae poeseos Profes. p.

II.



*S*unt qui bella gerunt & Martis
castra sequuntur,
Atq; suum telis objectant cor-
pus acuris,
Dulcem quo referant post fortia
facta quietem,
Et possint famam sibi conciliare
perennem.

Bellaq; saepe gerunt Musarum castra colentes,
Ut verum teneant, & dogmata falsa refellant.
Utrum sit melius bellum vix ambigit ullus:
Nam quod nobilior mens nostra est corpore toto:
Tantò opus illius præstantius esse putandum est
Corporis effecto, quod mox cum corpore transie.
Calidus est animus, corpus sed pulvis & umbra.
Dira gerat bella is, qui ferro & sanguine gaudet,
Venaliq; manu fragiles affectat honores:
Ast quem Sacra trahunt dulces ad prælia Musæ
Quemvè juvat tumidum tetris spoliare Sophistam
Telis, huc properet, doctum volvatq; libellum,
Namq; ignita sibi contra hostes arma ministrat,
Queis stupefacta jacet Clamosi turba Sophistæ.
Ast venerande pater, dignas tibi patria grates
Semper ager. referetq; tuæ præconia laudis,
Ut pro tot studijs tantoq; labore per orbem
Semper honos nominaq; tuum laudessq; coruscant.
Vivas & peragas Pylios feliciter annos
Ut plures valcas animo depromere gazas.

Debitæ observantiæ & honoris ergò
à Johanne Thomæ Barkie Designato
Matheseos L. appositum.

III.

Ανθών ἐκ πολλῶν συνάγει ἡδύσμα μέλιθια,
 Κ' ἐκ τέτρ' γλυκερὰ Κηρία οἰκοδομεῖ.
 Οὕτω ΡΟΥΔΒΕΧΙΟΣ συνέλεξε ἡδύσμα τῶ βιβλίων
 Ἐκ τέτρων σμικρῶν βιβλίων οἰκοδομῶν.

IV.

Ad studiosam juventutem.

SI *quæris* Nomen libri, si *quæris* & O-
 men.,

A controverso Nomen & Omen
habet.

*A*si neq̄ dat Turbas, sed Controversa
resolvit,

Qua veniunt Logicis pensiculanda libris.

Ergo si Logices optas penetrare recessus,
Hunc librum assiduâ volve, revolve manu.

Si vis nervosè Logicos dissolvere nodos,
Hunc librum assiduâ volve, revolve manu.

Si largas lustrare piget chartas Logicorum,
Hunc librum assiduâ volve, revolve manu.

Alli quod longâ teclâq̄, ambage revelant,
Hoc paucis monstrat tantulus hicce liber.

Simon Benedicti Linguae
 Hebr., L.

JOHANNIS CA-
 NUTI LENÆI

LOGICA

PERIPATE-
 TICA

Sex Libris

COMPREHENS A

& ante Annos 26. Juventuti
 publicè proposita, in Aca-
 demia Upsaliensi,

Nunc verò ab Autore re-
 cognita, & in lucem
 edita.



UPSALIÆ,

Excudeb. Eschillus Matthiæ,

Anno M. DC. XXXIII.

Anno
 1607